Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ab omnibus inquinamentis vestris et dabo vobis spiritum novum ps
Judicam eos in omni tempore semper laus eius in ore meo Oremus
Deus qui es iustus et misericors Aeternam omnipotens deus
omnipotens et misericordiarum pater clementiam vestram pre
bes misericorde supplicibus tuis ut cratus nostrum confessio
nis indulgentiam valeat precipere delictorum Per dominum
Hec dicit dominus deus Lectio ezechielis prophete
Sanctificabo nomen meum magnum ut
sciant gentes quia ego dominus cum sanctificatus fu
ero in vobis coram eis Tollam quippe vos de gen
tibus et congregabo vos de universis terris et adducam
vos in terram vestram et effundam super vos aquam
mundam et mundabimini ab omnibus inquinamen
tis vestris et ab universis idolis vestris mundabo vos et dabo vobis
cor novum et spiritum novum ponam in medio vestri et auferam cor lapi
deum de carne vestra et dabo vobis cor carneum et spiritum meum ponam in me
dio vestri et faciam ut in preceptis meis ambuletis et iudicia custodiatis
et opemini et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris et eritis
mihi in populum et ego ero vobis in deum Dicit do
minus omnipotens Ps Venite filii audite me timorem domini docebo
vos Accedite ad eum et illuminamini et facies vestre non confundentur
Dicit dominus omnipotens deus ut quos iniuria vexat
votiva castigant ipsam quoque devotio sancta
letificet ut iterum affectibus mitigatis facilius
celestia capiamus Per dominum Lectio ysaie prophete
Hec dicit dominus deus Lauamini et mundi estote
Auferite malum cogitationum vestrarum
ab oculis meis Quiescite agere perverse discite
benefacere Querite iudicium subvenite opresso iu
dicate pupillo defendite viduam et venite et